Yalowadj (vel prope eum locum), ubi fuit Antiochia Pisidiae (descriptas a W. M. Ramsay ed. Cheesman Journal of Roman studies 1913 p. 253. 254, priorem ipse Ramsay Expositor mense Nov. 1912). — 1) *Ex maioribus Caristanii Frontonis supra N. 9485.* — 2) *Vir notissimus, consul a. p. Chr. 742, cf. supra N. 918. 2683. Duovir Antiochiae potest fuisse cum C. Caesarem Augusti filium in Orientem comitaretur (Tac. ann. 3, 48).* — 3) *Cf. N. 2906.* — 4) *Consul a. p. Chr. 3 ut videtur, hic quoque sine dubio duovir Antiochiae.*

9504 l. v. s.[1] | Ti. Claudiu[*s*] | Epinicus | proc. et prae|gustator[2] et | a secretis Aug.[3], | VIvir Aug. c. C.[4] | d. d., ex mandatu | Caristanior. | Droserae et | Mileti parenti|um suorum[5] | posuit.

Prope Antiochiam Pisidiae in ruderibus sacrarii Menis rep. (Cheesman Journal of Roman studies 1913 p. 258). — 1) *Libens votum solverunt (Drosera et Miletus).* — 2) *Cf. N. 1567. 1734. 1796. 1797.* — 3) *Munus hoc praeterea ignotum. Ceterum apparet praegustatorem non ultimo loco fuisse in domo Claudii vel Neronis.* — 4) *Colonia Caesarea.* — 5) *Videtur Epinicus etiamtum servus ex domo Caristaniorum transisse in familiam Augusti.*

9505 . . *A*]ug. l. Epaphrodit[*o* | *apparitori Cae*]sarum, viatori tribunic[*io*, | . . . *hastis p*]uris coronis aureis dona[*to*][1].

Romae in Esquiliis non longe a Minerva medica quae dicitur reperta, pars monumenti sepulcralis (Notizie degli scavi 1913 p. 466). — 1) *Nota libertum imperatoris donis militaribus donatum. Fecit id Claudius triumpho Britannico (Suet. Cl. 28), sed fecerunt fortasse etiam alii imperatores.*

9506 . . . . . M. f. Fal. | Bassus [*prae*]f. coh. pr. Antioch., | [*prae*]f. coh. pr. Brittonu[*m*, | *pra*]ef. alae Moesic., | [*pro*]c. imp. Caes. Trai|[*ani*] Hadriani Aug. ad | XXXX Gall. item ad | censum agend. Ponto | Bithyniae, epistra|teg. Pelusio[1] item | Thebaidis, proc. | provinciae Iudae|ae t. p. i.

Prope Album Intimilium (Ventimiglia) rep. (Giglioli Notizie degli scavi 1914 p. 81). — 1) *Ita appellatum esse epistrategum Aegypti τῆς κάτω χώρας nunc primum discimus.*

9507 P. Flavio P. fil. Pal. | Prisco e. v., | equestris ordinis | religiosa disciplina | ad centena[1] provecto, | pontifici et dictatori | Albano[2] primo[3], annos | viginti octo agenti, | qq. c. p.[4], patr. colon. Ost., | sacerd. Geni colon.[5], | patr. corp. pistorum, | corp. mesorum | frum. Ost.[6] patron. *(In latere sinistro)* dedicata kale|ndis Martis | Aemiliano ite|rum et Aquilin|o cos.[7]

Ostiae (Vaglieri Notizie degli scavi 1912 p. 347). — 1) *Nummum milia (annua).* — 2) *Cf. supra N. 4955. 4966.* — 3) *Conferendus Volcani praetor primus Ostiae (supra N. 6143 cet.).* — 4) *Quinquennali censoria potestate.* — 5) *Cf. supra N. 6141.* — 6) *Cf. supra N. 1429. 6155.* — 7) *A. 244.*

9508 . . . . . [*legationes*] plures gratuitas a[*equ*]e | susceperat, sequen[*t*]i lega|tione aeq[*ue*] Italica et gratui|ta[1] suscepta post expl[*i*]citio|nem rediens col. Ostis de|functus est, p. vix. an. | XXXII m. III d. XI.